

IGISMVNDVS TERTIVS DEI GRATIA REX POLONIÆ

Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, etc. nec non Succorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos benignam rationem habentes seruitiorum Nobilis Alberti Kruczki Notarij Cancellariæ nostræ, tum etiam ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro eo apud nos factam, consentiendum et permittendum præsentibus literis hisce duximus, vt possit et valeat Aduocatiam in Oppido nostro Veliciensi sitam de manibus quorumuis modernorum possessorum, ius et interesse aliquod ad eandem se se habere prætendentium, quorum nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, iustis pecuniarum summis in ea ipsa Aduocatia legitime inscriptis non tamen auctis, vel si inscriptæ non sint, ex legitima taxatione Commissariorum prouenientibus redimere: redemptamque cum omnibus et singulis eiusdem aduocatiæ commodis, fructibus, censibus, agris, pratis, siluis, nemoribus, fundis, areis, hortulanis, tabernis, macellis, tum generaliter attinentiis, pertinentijs, et obuentionionibus vniuersis, ad eandem Aduocatiam legitime spectantibus, nullis penitus exceptis, aut pro quopiam alio reseruatis, prout a prioribus possessoribus tenebantur, et possidebantur, eidem Alberto Kruczki ad extrema vitæ illius tempora pacifice et quiete tenendam, habendam, et possidendam, damus, et concedimus. Promittimusque pro nobis et serenissimis successoribus nostris, non esse nos, et successores nostros quoad ipse Albertus Kruczki vixerit, facultatem redimendi eam aduocatiam de manibus ipsius cuiquam concessuros, aut permissuros; neque nos etiam ipsos successoresue nostros, eam ab illo vllam obcausam necessitatemue nostram, aut publicam quantumuis grauissimam redempturos, verum conseruaturos eum in vsu et possessione ipsius aduocatiæ, ad extrema vitæ ipsius tempora. Vita verò functo memorato Kruczki, si ipsius successores aduacatia ea mouendi essent, non aliter id fieri debere, quam numerata summa pecuniæ, quæ in aduocatia illa legitime sit inscripta, vel ex æstimatione et taxatione ipsius secundum leges facta prœuenerit. Quod omnibus quorum interest præsertim verò Oppidanis Veliciensibus notum esse volumus, mandantes, vt commemoratum Kruczki, suum esse verum indubitatum a nobis constitutum Aduocatum agnoscant, ac eius iurisditioni in his quæ ad eum pertinent pareant, et quæcunque Aduocato loci illius debentur ipsi tribuant. Iuribus nostris regalibus reipublicæque in ea saluis. In cuius rei



IGISMVNDVS TERTIVS
DEI GRATIA REX POLONIÆ
Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, etc. nec non Suecor., Gottor., Vandalorumq. hæredit. Rex. Significamus p-
sentibus literis nris quorum interest vniuersis et singulis. Qvia nos benignam rationem habentes seruitiorum Nobilis Alberti Krzuczki Notarij Cancel-
lariæ nostræ, tum etiam ad intercessionem certorum Consiliariorum nrorum pro eo apud nos factam, consentiendum et permittendum præsentibus literis hisce
duximus, vt possit et valeat Aduocatiam in Oppido nro Velicziensi sit. de manibus quorumuis modernorum possessor., ius et interesse aliquod ad eandem se
se habere prætendentium, quor. nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, iustis pecuniar. summis in ea ipsa Aduocatia legitime inscript.
non tamen auctis, vel si inscriptæ non sint, ex legitima taxatione Commissarior. prouenientibus redimere: redemptamq cum omnibus et singulis eius-
dem aduocatiæ commodis, fructibus, censibus, agris, pratis, siluis, nemoribus, fundis, areis, hortulanis, tabernis, macellis, tum generaliter attinenti-
is, pertinentijs, et obuentionionibus vniuersis, ad eandem Aduocatiam legitime spectan., nullis penitus exceptis, aut pro quopiam alio reseruat.
prout a prioribus possessoribus tenebantur, et possidebantur, eidem Alberto Krzuczki ad extrema vitæ illius tempora pacifice et quiete tenen-
dam, habendam, et possidendam, damus, et concedimus, Promittimusq. pro nobis et Serenissimis successoribus nris, non esse nos, et successores nros
quoad ipse Albertus Krzuczki vixerit, facultatem redimendi eam aduocatiam de manibus ipsius cuiquam concessuros, aut permissuros; neque
nos etiam ipsos successoresue nostros, eam ab illo vllam obcausam necessitatemue nostram, aut publicam quantumuis grauissimam redemptu-
ros, verum conseruaturos eum in vsu et possessione ipsius aduocatiæ, ad extrema vitæ ipsius tempora. Vita vero functo memorato Krzuczki, si ipsi-
us successores aduacatia ea mouendi essent, non aliter id fieri debere, quam numerata summa pecuniæ, quæ in aduocatia illa legitime sit inscripta, vel
ex æstimatione et taxatione ipsius secundum leges facta prœuenerit. Qvod omnibus quor. interest præsertim vero Oppidanis Velicziensibus notum
esse volumus, mandan., vt commemoratu Krzuczki suum esse verum indubitatum a nobis constitutum Aduocatum agnoscant, ac eius iurisditioni in
his quæ ad eum pertinent pareant, et quæcunq Aduocato loci illius debentur ipsi tribuant. Iuribus nris regalibus reipub.q in ea saluis. In cuius rei
fidem præsentes manu nra subscript. Sigillo regni nri cosignari mandauimus. Data Cracouiæ in Conuentu regni generali die xvj mensis Marty
Anno Domini Millesimo, Qvingentesimo, nonagesimo, quinto Regnorum nrorum Polonici Octauo, Suetici Secundo.

Sigismundus Rex

Pe. Tylicki [illegible]
[illegible]

Consensus redimen. Advocatiae Vielicensis Alb.° Kruiczky 1595

1595

[illegible]

N.° 3tio